

## KEPPEL SS. Maria et Joannes Evangelista

Capella apud Siegen, Kepple, Kepell, Kepele. De vitanda confusione cum variis aliis „Capellis“ vide supra apud Cappel.

Prope Hilchenbach in districtu Siegen, in Westfalia meridionali. Dioec. Mainz, nunc Paderborn.

Parthenon nobilis, prioratus. Fundatus ante annum 1239 a Friderico vom Hain, in loco veteris cuiusdam capellae. Sub paternitate abbatum Arnsteinsium. Advocatia erat penes comites de Nassau. „Paupercula domus“ initio, mox donationibus illorum et aliorum nobilium factus est locuples. Ecclesiae incorporatae: Netphen et Hilchenbach. Saeculo XV pauper et collapsus est asceterium, cuius monialium numerus anno 1392 ad 25 fuerat restrictus. Anno 1508, non obstante visitatione, habuit loco magistrae abbatisam cum 28 monialibus, quorum septem fuerunt conversae ignobiles. Anno 1538 transit ad protestantismum, sed primo vita communis, habitus ordinis et clausura fuerunt manutenta. Anno 1547 habitus fit niger, officium chori est in lingua vernacula. Anno 1570 adhuc decem aderant canonissae. Anno demum 1594 practice in abbatiam canonissarum saecularium est mutatum, cum schola pro puellis. Deinde anno 1626 princeps ad ecclesiam ca-

<sup>2</sup> Missa est ex monasterio Marienstern prope Essig ad reformandam domum Sti. Gerlaci, quod vero non successit.



tholicam reversus, asceterium despectis protestationibus ordinis et nobilitatis tradidit Patribus Societatis Jesu. Factum est curia collegii S. J. in Siegen. An. 1632 restitutus est status quo ante, sed Jesuitae mox reverterunt, donec an. 1650 definitive tamquam canonia saecularis lutherana est instauratum, et quidem 4 praebendis catholicis et 4 lutheranis provisa. Anno 1812 a gubernio Borussiae suppressum est, tamen subsistit tamquam institutio mere saecularis ut schola sub nomine „Stift Keppel“ usque hodie.

Archivalia: StA Münster: ca. 320 dipl. 1239/1803, ca. 50 fasc. acta s. XVI/XVIII – StA Koblenz Urk. von 1325. Abt. 231, 57: acta s. XVII/XVIII – Arch. Bistum Paderborn Generalvik. XVIII Siegensche Akten – Stadtarchiv Siegen: Rechnungen s. XV/XVI, varia s. XVII/XVIII – Bibl. Royale Bruxelles MS 14743: Chronica an. 1725.

Bibliographia BÄRSCH 109/15 – BECKER 66/68, 322/23 – DEMANDT II – GOOVAERTS I 124 – GROTE 271 – HHSD III 336 – HUGO I 455 (mera confusio) – KREMER C II, 279 – LACOMBLET cf. ind. – LUDORFF Krs. Siegen 41/42 – PAAS Beschlüsse – IDEM, Prov. Kap. – SCHMITZ KALLENBERG 17 – ZAK PAM – v. ACHENBACH, Die Einführung der Kirchenreformation in das Kloster K. (Aus des Siegerlandes Vergangenheit, Siegen 1897, I 531 ff) – J. ARNOLDI, Geschichte der Oranien-Nassauischen Länder und ihrer Regenten, Hadamar 1799/1816, II 270 ff. – H. FLENDER Das Kloster und Stift K., Diss. Münster 1942 – W. GÜTHLING, Kloster K. als Haus- und Grundbesitzer in Siegen (Keppeler Bote IX 1958, 1/3) – IDEM, Die Anfänge der Überlieferung von Keppel (ibidem VIII 1957, 7 ff.) – W. HARTNACK, Stift K. im Siegerland 1239 bis 1951, 3 voll. Keppel 1963/64 – IDEM, Die Brüsseler Chronik des Stiftes K. (Siegerland XXIX, 1952, 60) – IDEM, Kloster K. und das hessische Hinterland (Hinterländer Geschichtsbll. XXXIX 1960, 2/4) – IDEM, Die Stiftskirche in K. (Keppeler Bote I 1950, H. 4/5, 3/10) – E. HOFMANN, Über die Lebensverhältnisse des Stiftes K. (Heimatland, Siegen X 1935) – F. A. HÖYNCK, Geschichte des Dekanates Siegen, Paderborn 1904, 136/40 – F. PHILIPPI/W. MENN/B. MESSING, Siegener Urkundenbuch, Siegen 1887/1925, cf. ind. – K. F. SCHENCK, Statistik des Kreises Siegen, S. 1839, 81 ff. – J. S. SEIBERTZ, Urkundenbuch zur Landes- und Rechtsgeschichte des Herzogtums Westfalen 3 voll. cf. indd. –

Priores

Heinrich v. Koblenz 1508                      Johann Limporg 1530–38 ultimus

Series magistrarum et abbatissarum (Hartnack III 304 ff.)

Aleydis 1257	Elisabeth v. Hain 1299
Zina 1262	Gertrudis 1306
Guda de Mudersbach ca. 1270/86	Kunegunda 13 . . .
N. de Bicken 1292–99	

Reliqua pars non est certa, quia Hartnack adducit mixtim nomina magistrarum resp. abbatissarum cum illis priorissarum, quae ut secundae in dignitate iuxta magistram extiterunt. Insuper dat annos, sub quibus hae moniales occurrunt in chartis, generatim neglecta dignitate qua sunt functae.

## KNECHTSTEDEN B.M.V. et St. Andreas

Knet-, Kneit-, Knechstede, -stadium, -statt, -stein, -steden.

Prope Dormagen, inter Coloniam et Neuß, Rhenania, Dioec. Köln.

Praepositura, dein (1216) abbatia insignis. Monasterium duplex usque ad annum 1166.<sup>1</sup> Fundata anno 1130 ab Hugone comite de Sponheim, decano ecclesiae Coloniensis, qui postea archiepiscopus est factus. Filia Praemonstrati. Primus praepositus Heribertus, ab ipso archiepiscopo ex Praemonstrato petitus, fuit ex fidelissimis discipulis Sancti Norberti. Bruno de Berg, archiepiscopus, anno 1134 canoniam concessit privilegia et exemptionem, simul ecclesiam eius instituens in parochiam regionis. Advocatiam obtinuit Gerardus II de Hochstaden, post cuius mortem an. 1149 gener eius Otto v. Ahre. Familia ista auxit bona monasterii, quae primo enumerat littera confirmationis Friderici Imperatoris an. 1155. Anno 1166 moniales translatae sunt in Flaesheim. Praeter hoc et sequentia asceteria a K. dependebant: Heinsberg, Dortmund St. Katharina, Kappel, probabiliter etiam Stoppenberg, ad tempus saltem Wesel et Köln Weiher. Parochiae administratae: Grefrath (vide infra sub „praetermissis“), Lobberich 1218, Friemersdorf 1210, Kirchlinden, Rommerskirchen 1212, sicut et aliae quae ad asceteria subdita spectabant. Habuit etiam praeposituram in Remagen, quae vero non fuit domus formata. Dignitas abbatialis iam introducta sub Fortlivo (1214/15), definitive instaurata est sub successore eius Godescalco (1216/26), qui longe maturius ceteris, iuribus pontificalibus fuit insignitus<sup>2</sup>.

In fine saeculi decimi quinti, reformatio initiata est ab abbate Gerardo Heze. Saeculis sequentibus K. continuo contendit cum Steinfeldia de primatu in circaria. Anno 1795 conventus aufugit a Gallo invasore, interea subditi spoliaverunt monasterium et dilapidaverunt magnam partem archivi. Anno 1802 suppressum est cum 31 canonicis, quorum undecim tantum resederunt in canoniam. Unus ex illis, Winandus Kayser, aedificia monasterii redemit et instauravit, ecclesiam salvavit a destructione. Sed post mortem eius an. 1842 a diversis proprietariis sunt pessumdata, et anno 1869 omnia com-

<sup>1</sup> Quae res quidem a nullo probatur documento. Respecto tamen usu tunc in Ordine ut norma vigente, et facto, quod de sororibus, quae erant conversae tantum, rarissime in documentis fit verbum, et quod moniales Flaesheimenses venerunt ex Knechtsteden, eam possumus habere ut certam.

<sup>2</sup> Initio omnes superiores canonicarum circariae, ut alibi in Germania fuerunt praepositi, praeter Rommersdorfensem. Pars earum in circaria nostra iam circa annum 1200 introduxit dignitatem abbatialem, quod interdum postea fuit revocatum. De qua altercatione vide supra in praefatione.



busta sunt. Perpulchra ecclesia, annis 1138/81 constructa et pretiosis picturis illius temporis ornata (quae vero non est parochialis) deinde fuit restaurata tantum. Anno 1895 Congregatio SS. Spiritus monasterium reconstruxit et habet collegium ibi usque hodie.

Archivalia: StA Düsseldorf: 163 dipl. 1134/1756, – Akten Steinfeld 56 – Stadtarch. Köln: GELENIUS IV 110/60 – StB München: Cgm 2213, XXIV 99 – StA Koblenz: Akten Steinfeld – Bibl. Roy. Bruxelles: Cod. lat. 8564, series abb. s. XVII – StB Berlin: Cod. Boruss. 4 278: Cartularium – Pfarrarch. Grefrath: Catal. fratrum 1566/1824, et chronicon „Fundatio Knechtstedensis“ (1–1780) – Archiv Missionshaus K: Chronicon 1718 – BMun Nancy – Vide OEDIGER 213/14.

Bibliographia: ACG 1498 31, 32, 34, 39, 40 – BADER Grafen v. Are – BÄRSCH II 178 – BECKER 91 – BINTERIM MOOREN I 91 – CHENEY Epist. Gerv. Cod. Rawlinson xcijj – CLEMEN III 3, Kreis Neuß (1895) 27/43 – COTTINEAU 1524 – EWALD 44, 110/12 – FABRICIUS V 1, 116; 2, 635 – FRANZEN – GOOVAERTS I 69, 87, 98, 112, 137, 193, 211, 220, 284, 335, 388, 396, 414, 442, 453, 454, II 82, 181, 268, 309, III 25, 28, 130, 173, 174, IV 61, 121/24, 126, 266 – HHD III 349/50 – HARDICK 10, 93/103 – HUGO Ann. II 5/14, prob. 1/2 – ILGEN II 89 – JW 10081 – JOESTER Urkb. cf. ind. – KNIPPING II/IV cf. indd. – LACOMBLET I 386, 415, 462, II 660 index – LThK VI 61 – LIENHARDT Eph. Hag. 148, Auct. 12 – MERLO cf. ind. – PAAS Beschl. – IDEM, Kampf – IDEM, Neue Beiträge – IDEM, Prov. Kap. – IDEM, Vis. Ber. – PODLECH II 193/203 – POTTHAST 5550 – PRESSUTTI 583 – Reg. Imp. V 2006 – SAAL 45 ff. – SAUERLAND V 1335 – STUMPF BRENTANO II 3716 – WAEFELGHEM 136 – ZAK PAM – G. BITTER, Pfarrseelsorge der Knechtstедener Prämonstratenser im Selfkant, Heinsberg 1963 – IDEM, Knechtstедener Stiftsherren aus dem Selfkantkreis (Heimatbuch des Selfkantkreises Geilenkirchen-Heinsberg 1963, 75/83) – F. BOCK, Die Präm. Abteikirche K. (Organ für Christliche Kunst, X 1860, 241 ff., 267 ff., XI 133 ff.) – CASTEELS/CORRENS, Fundatio Knechtstedensis, MS S. XVIII, edd. W. GOSSES et G. BITTER (AHVN CLXV 1963, 54/72) – P. CLEMEN, Die romanische Wandmalerei im Rheinlande, Düsseldorf 1905 – IDEM, Die romanische Monumentalmalerei in den Rheinlanden (Publ. Ges. Rheinische Geschichtskunde XXXII Düsseldorf 1916) – J. P. DELHOVEN, Die rheinische Dorfchronik 1783/1823, ed. H. CARDAUNS et R. MÜLLER, 1925 – Die Weisthümer der Rheinprovinz (Bd. XVIII der Publ. Ges. f. Rhein. Geschichtskunde II, Kurfsm. Köln, Amt Külchrath, Bonn 1884, p. 140) – P. van DOORNINCK et J. van VEEN, Acten betreffende Gelre en Zutphen, Haarlem 1908, p. 318 – F. EHLEN, Die Präm. Abtei K., Köln 1904 – A. ERENS, Relatio visitationis monasterii Knechtstedensis, (Anal. Praem. VIII 1932, 73/78) – W. GOSSES, Eine neue K.er Handschrift (Anal. Praem. XIV 1938, 209/30) – IDEM, K. und der deutsche Adel (ibidem XXIV 1948, 20/62) – IDEM, Zur Chronologie der K.er Pröpste und Äbte (AHVN 1950/51, 7/29) – W. JUNG, Die Präm. Stiftskirche K. Ein Beitrag zur niederrhein. Baukunst und Wandmalerei des 12. Jahrh. (Diss. Mainz 1951, et „Rhein. Bilderbuch“ Ratingen 1956) – F. MOOREN, Zur Gesch. der Abtei K. (AHVN VII, 1859, 38/52. Fundatio Knechtstedensis, et Catal. Fratrum s. XVII/XVIII) – C. H. PFITZNER, Die ehem. Präm. Abtei K. (Rheinische Kunststätten, Reihe XIV Nr. 17, Düsseldorf 1940) – W. SAAL, Wichtige Entdeckungen in der Abteikirche von K. (Anal. Praem. XL 1964, 163/65) – IDEM, Die Abtei K. im 17. Jahrh. (Bibl. Anal. Praem. fasc. 4, 1962) – K. SCHMIEDER, Die Wallfahrtskirche zu K. (K. 1933) – W. SCHULTEN, K. (Kirchenführer, Neuß 1961) – IDEM, Neue Funde

zur Baugeschichte der Abtei K. (Jb. d. Rhein. Denkm. XXVI 1966, 189/241) – N. WEINHAGEN, Beschreibung der im Kreise Neuß gelegenen Besitzungen des Herrn v. Hövel, s. l. 1860 – R. WESENBERG, Berichte über die Tätigkeit der Denkmalpflege in den Jahren 1959/64 im Reg. Bez. Düsseldorf (Jb. d. Rhein Denkm. XXV 1965, 178). –

Series praesulum (GOSSES)

Heribert 1129/50	Hermann v. Walhoven 1° 1347/52
Christian 1150/51	Konrad v. Hasselt 2° 1352/72?
Hermann 1151/81	Hermann v. Walhoven 2° 1372/78
Wolbert v. Dyck 1181/82	Heinrich 1378/81
Heribord 1182/86	Johannes Koche ca. 1382/85
Fortlivus 1° 1186/91	Heinrich Moyr 1° 1386/97?
Gislerus 1191/97	Goedart v. Hasselt 1397/1411?
Fortlivus 2° 1197/1203	Heinrich Moyr 2° 1411/14
Wolmar 1203/14	Gottfried v. Arfft 1414/44
Fortlivus 3° 1214/15	Johannes Bleydleven 1444/47
Gottschalk 1216/26	Heinrich v. Schlickem 1447/74 <sup>3</sup>
Friedrich 1226/32	Ludger v. Monheim 1474/90
Gottschalk 1232/41	Gerhard Heze 1490/96
Werner 1241/44	Nikolaus Hüls 1496/1507
Heinrich 1244/62	Mathias v. Thurre 1507/43
Waldaver 1262/73	Gerhard Strailgen 1543/73
Gottschalk Berfreyt 1273/95	Aegidius v. Hünshoven 1573/99
Adolf v. Dollendorf 1° 1295/98	Hilger Cremer 1599/1619
Mathias v. Giele 1298/1315	Leonhard Teveren 1619/66
Simon 1315/18	Peter Gillrath 1666/78
Adolf v. Dollendorf 2° 1319/21	Peter Teveren 1678/98
Johann 1322/31	Leonhard Eschenbruch 1698/1703
Heinrich v. Ellerhoven 1° 1331/33?	Arnold Brewer 1703/28
Arnold 1° ca. 1333/35	Leonhard Jansen 1728/54
Heinrich v. Ellerhoven 2° 1335/36?	Dionysius Kochs 1754/69
Arnold 2° 1336/41	Heinrich Keuter 1769/77
Werner v. Worinch 1341/43?	Michael Joseph Granderrath 1777/80
Jacob ca. 1343/44?	Johann Michael Hendel 1780/1802, †1805
Konrad v. Hasselt 1° 1345/47	

<sup>3</sup> Resignavit, anno 1478 enim scripsit epistolam ad abbatem Teplensem (Archiv Tepl)

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

KÖLN Weiher B. M. V., SS. Johannes Evangel. et Catharina

Monasterium ad Vivarium extra muros –, ad piscinam, – pyssinam Coloniae, Weyer. Wier, zu dem Wiger, St. Maria am Fischteich, Vivariense, Wirincense Quondam extra muros Coloniae, in eadem dioecesi.

Parthenon, prioratus. Fundatus est, secundum traditionem, inter annos 1191 et 97 a vidua quadam Richmude, quae una cum duabus filiis intravit. Fundatio tamen perfecta est nonnisi anno 1208, post destructionem et novam constructionem aedium. Primae moniales venerunt ex Dortmund. Usque ad annum 1327 fuit sub paternitate abbatum Knechtstedensium. Sed tunc moniales requestae sunt, se hospitalitate pro omnibus membris et familiaribus ordinis Coloniae adeuntibus nimis gravari, et quaesiverunt separationem ab illo. Approbante archiepiscopo, subdiderunt se directioni praepositi Sti. Cassii collegiatae Bonnensis, introduxerunt habitus nigros et neglexerunt vitam communem. Archiepiscopus Theodoricus de Moers eas reformavit anno 1443. Dum asceterium Schillingskapellen eadem occasione ordini alienaverit, parthenonem Coloniensem ordini suo restituere voluit, reddens illis disciplinam ordinis et albas vestes, sed non successit. Anno 1447, in rotulo Admontensi (BÜNGER, Anal. Praem. 1937, 151) moniales signant ut „Ordinis Sti. Augustini“. Etiam ex Chronico Anonymo Steinfeldensi patet, hoc asceterium circa annum 1470 fuisse habitatum a 50 monialibus „sub reformatione regularium“.<sup>1</sup> Si moniales tunc adhuc fuissent Praemonstratenses, profecto chronista Steinfeldensis contemporaneus pariter huic notae adiunxisset „ordinis nostri“, sicut fecit aliquas lineas postea apud Knechtsteden. Anno 1474 monasterium a civibus est solo aequatum, quia timuerunt, ne hostes in eo absconditi urbi nocerent. Bona post diuturnas lites postremo abbatae canonissarum OSA ad Stam. Caeciliam sunt unita. Quae vero nullas vel paucas tantum moniales de Weiher recepisse videntur ingremium suum, ex defectu nobilitatis. Maior pars Piscinae videtur fuisse recepta in coenobium Sti. Michaelis Coloniae, canonissarum OSA, iuxta Stam. Caeciliam sita, et illi aliquo modo subditum, et quod in hunc finem post annum 1470 est ampliatum. Anno 1479 considerabatur reconstructio Piscinae, et indulgentia a Sixto IV ad hoc concessa iam fuit promulgata, sed non successit.

Archivalia: Histor. Archiv d. Stadt Köln Bestand, Kloster Weiher: Urk. 1176/1474, Akten. Geistl. Abtlg. 227: Statutenbuch 15. Jahrh. – Diözesanarchiv Köln, Pfarrarchiv St. Peter: Chronik 15. Jahrh.

<sup>1</sup> AHVN CLXXI 1969, 62, cf. BACKMUND MaGSchr 94/97. Idem dic de saeculo/XIV. Moniales non ex nobilitate, sed ex statu patriciatu urbis fuerant natae.



Bibliographia: BÜNGER 42, 59, 212 – CAESARIUS I 380, II Index 46 – CLEMEN Stadt Köln II 3, (1934) 262 ff. – EWALD IV 40, 1 – HUGO II 559, prob. 364/67 – ILGEN 91 f. – KNIPPING II Nr. 1534/36, 1588 f., III 385, Nr. 1509; 1658/59 – LACOMBLET I 394, II 13, 20, 121, 192, IV 477 – PODLECH III 151/55 – REDLICH I 48/49, Anm. 1 – WAEFELGHEM 319 – ZAK PAM – L. ENNEN, Gesch. der Stadt Köln, Köln 1863/65, II, III – ENNEN/ECKARTZ, Quellen zur Gesch. der Stadt Köln, K. 1860, II 155 – H. HEGEL, Die Chroniken der niederrhein. Städte (Leipzig 1875/77) XII Reimchronik des Gotfrid Hagen, cf. ind. – H. JOHAG, Die Beziehungen zwischen Klerus und Bürgerschaft in Köln zwischen 1250 und 1350 (Rhein. Archiv 103, Bonn 1977, 74/76 – J. JOST, Das Weiherkloster b. Köln (Rhein. Geschbl I 1895; 93, 129, 149, 190, 210 – N. MICHEL, Das alte freiherrl. Kanonissenstift St. Caecilien in Köln, Diss. Hausen 1914 – A. THOMAS, Geschichte der Pfarre St. Mauritius in Köln, K. 1878 – Le Couvent de Weyer (Le Mercure du Departement de la Roer, Cologne 1813, 259/63) – Mittlgn. aus dem Stadtarch. Köln, Bd. 24/25, p. 33 – AHVN LXV 217, LXXI 214. –

## Magistrae (Stadtarchiv Köln)

Blithildis 1224/67	Anna v. Halvenhuys 1382
Clementia 1294/1306	Gertrud v. d. Balen 1394/1400
Elisabeth 1319/50	Bela v. Mommersloch 1403/27
Maria 1352	Lisbeth v. Thurre 1428/40
Lisa v. Troisdorf 1354/77	Bela v. Lyskirchen 1445/72

## KÖLN St. Norbertus

Collegium vel Seminarium Norbertinum, vel Chigianum.

Domus studiorum communis pro Circaria Westfaliae. Ad normam collegii Ordinis Lovanii fundatum est mediante nuntio apostolico F. Chigi anno 1615 in urbe Coloniensi, non longe a Sto. Gereone, a Christophoro Pilckmann abbate Steinfeldensi, in refugio huius abbatiae. Anno 1620 consecratio capellae, 1629 constructio novi aedificii. Anno 1643 redditus suppressi parthenonis Dünnwaldensis collegio sunt uniti. Annis 1684/85 collegium fuit in Dünnwald. Annis 1716 et 1736/37 iterum ampliatum et ornatum est seminarium, quod alumnos recepit e canoniis Sayn, Rommersdorf, Steinfeld, Arnstein, Arnsberg, Scheda, Wadgassen, Reichenstein et Knechtsteden, insuper e clero saeculari et ex Ordine Cisterciensi. Anno 1802 suppressum est et hortulano cuidam venditum, qui mox omnia solo aequavit. Tantum nomen „Steinfeldergasse“ hodie memoriam seminarii servat. Nostris diebus intenditur fundatio novae domus ordinis in civitate Coloniensi, et quidem per abbatiam Plagensem in Austria.

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Archivalia: StA Düsseldorf: Akten Steinfeld 32, 320 – Arch. Abb. Averbode: Docum. et statuta an. 1643 – BMun Nancy 992/V 269 – MS LESAGE.

Bibliographia: GOOVAERTS I 244, 331, 338, 412, 414, 467, 544, II 63, 152/54, 384, 396, 397; III 48, 107, 167, 180, IV 95, 109, 128 – HUGO I 523, prob. 417/27 – PAAS Kap. Sitz – IDEM Prov. Kap. – SAAL 55/57 – WAEFELGHEM 63 – N. BRAUN, Die Vorsteher des Collegium Norbertinum in Köln (AVHN VI 1859, 168/71) – T. PAAS, Das Seminarium Norbertinum in Köln (Anal. Praem. I 113/45, II 139/58).

## Series praesidium (BRAUN)

Ab anno 1635 omnes fuerunt de gremio Steinfeldensi. Nr. 1, 4, 5, 10, 13, 17 et 20 facti sunt in posterum abbates sui monasterii, Nr. 5 immo in Sayn et in Rommersdorf.

- |   |                                      |
|---|--------------------------------------|
| 1. Antonius Jamar (Beaurepart)<br>1617/19     | 12. Wilhelm Heimbach 1661/65         |
| 2. Amandus Fabius (Ninove)<br>1619/22         | 13. Theodor Firmenich 1665/78        |
| 3. Johannes Krefeld (Steinfeld)<br>1622/24    | 14. Adam Schmitz 1678/82             |
| 4. Norbertus Horrichem (Steinfeld)<br>1624/26 | 15. Eberhard Fuchsius 1682/85        |
| 5. Kaspar Schildt (Steinfeld)<br>1626/31      | 16. Jakob Bardenheuer 1685/88        |
| 6. Peter Schultheiß (Arnsberg)<br>1631/35     | 17. Michael Küll 1688/93             |
| 7. Stephan Horrichem 1635/37                  | 18. Peter Steinheuer 1693/98         |
| 8. Lambert Dondorff 1637/43                   | 19. Anno Schörrenberg 1698/1716      |
| 9. Hermann Wilckens 1643/45                   | 20. Christian Steinheuer 1716/32     |
| 10. Johann Luckenrath 1645/60                 | 21. Joseph Prickarz 1732/57          |
| 11. Peter Pistorius 1660/61                   | 22. Ferdinand Kruft 1757/58          |
|   | 23. Hieronymus Dieudonné<br>1758/85  |
|   | 24. Franz Xaver Rauweiser<br>1785/86 |
|   | 25. Leodegar Schmitz 1786/1802       |

## LANGWADEN B. M. V. et St. Andreas

Lankaide, Lancwade, Lanckaide.

In parochia Wevelinghoven, inter Köln et Neuß, Dioec. Köln.

Parthenon. In curia L. a. toparchis loci iam ca. annos 1132/33 monasterium quoddam fundatum erat, quod vero ex defectu dotationis sufficientis iterum desiit. Circa annos 1142/44 Christianus de Wevelinghoven-Langwaden hunc locum, mediante et auxiliante archiepiscopo Coloniensi, donavit abbatae de Heylisse (in Belgio, Circ. Floreffiae). Quae sorores suas,



paulo ante in quatuor curias distributas, eo transtulit. Saeculo XIV ex disensione paternitas transiit ad Knechtsteden, quod 1498 a Capitulo Generali ad interim fuit confirmatum. Sed a saeculo XVI moniales praepositos suos infulatos sibi elegerunt ex gremio pristinae matris suae Heylisse. Parochia incorporata: Wevelinghoven, quae a Knechtstedensibus generatim fuit administrata. Conventus et ignobiles recepit, visitationes iteratae habuerunt successum, ideo disciplina numquam tantopere fuit collapsa ac v. g. in vicino Ellen vel in Marienroth. Cum anno 1718 clausura iterum esset redintegrata, habuit 20 canonissas et unam novitiam. Anno 1802 suppressum est, ecclesia paulo ante constructa, mox solo aequatur. Monasterium versum est in castellum nobilem, donec anno 1962 fiat coenobium Cisterciensium, monachorum ex abbacia Osseg in Bohemia profugorum.

Archivalia: StA Düsseldorf 224 dipl., quorum 140 originalia, 1173/1790; 2 Kopie XVI/XVII Jahrh. Akten bis 1794; Chronik 17. Jahrh. (cf. ILGEN 109) – GELENIUS Farragines I 35. –

Bibliographia: ACG 1498, 39 – BÄRSCH 1855, 180 – BINTERIM MOOREN I 85 – CAESARIUS I 125 (de moniali Aleydi, a daemonio obsessa) – CLEMEN III 5, Krs. Grevenbroich 54 – EWALD 44 – FABRICIUS VI 55, 2 636 – GROTE 294 – HHSD III 392 d’HOOP V 20, 333 – HUGO I 851, II 19 – KNIPPING, II Nr. 495, 990, 1444, III 3429, IV 1336, 1436 – LACOMBLET I 249, 298, 312 – LIENHARDT Eph. Hag. 49, 156 – MIRAEUS ODH IV 518 – OEDIGER 226/27 – PAAS, Kampf – IDEM, Neue Beiträge – IDEM, Prov. Kap. – IDEM, Vis. Ber. – PODLECH III 127/30 – WAEFELGHEM 143 – ZAK PAM – G. ADERS, Urkunden u. Akten der Neuenahrer Herrschaften u. Besitzungen Alpen . . . Wevelinghoven und Wülfrath (Inventare nichtstaatl. Archive XXI, Köln/Bonn 1977, cf. reg. 398) – G. BITTER, Zur Geschichte des Prämonstratenserinnenstiftes. L. (Anal. Praem. XLV 1969, 230/48) – G. GEERTS, Het beroerde leven van provisor Massot (Eigen Schoon en de Brabander XXXVIII 1955, 355/58) – N. GIERSBERG, Geschichte der Pfarreien des Dekanates Grevenbroich, 1883 383 – L. HORSTKÖTTER, Die Prämonstratenser der belgischen Abtei Heylisse als Pröpste und Vikare in Langwaden, und als Pfarrer in Wevelinghoven (Beiträge zur Geschichte der Stadt Grevenbroich III, Gr. 1980, 29/58) – O. REDLICH, Kurzer Überblick über die Geschichte des Klosters L. (BGNR XIV 1900, 238/39) – P. SMOLDERS, Le Domaine de l’Abbaye de Heylisse au XIIe siècle (Anal. Praem. II 1926, 57) – M. TAUCH, Aus alten Chroniken und Urkunden. Unveröffentlichtes aus der Geschichte des Klosters L. (Beiträge zur Gesch. der Stadt Grevenbroich I, Gr. 1979, 60/67). –

Series praepositorum (Horstkötter)

Heinrich	Heinrich 1303–15
Nikolaus	Goswin
Heinrich	Petrus de Andenne
Theodor 1238	Hermann Hajunk (Hoyneck?) 1335
Hermann	Heinrich 1353
Mathias	Gottfried 1384

## Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Petrus Baggart 1415	Adrianus Fraxinus 1611/25
Heribert	Gregorius Hoyoul, nominatus 1625
Johann Schomans	Claudius Martini 1625/33
Johann Buysen 1437/39	Andreas van Meldert 1630, 1633/64
Ludolf van Orden 1504	Joannes de Beaulys 1664
Aegidius Bollis 1466/1504	Balthasar de la Halle 1665/75
Antonius Hüls	Jakob Tilmans 1675/91
Libertus van Gheten 1521/60	Wilhelm Ignatius de Witte
Petrus van Goetsenhoven †ante 1562	1693/1722
Paul Zegermans 1562 –	Kornelius Massot 1722/23
Jakob v. Hoebroeck 1570/87	Franciscus Blockhuysen 1723/33
Caspar Gerards 1589/91	Milo de Chentinne 1773/71
Simon Frumenti 1597/1611	Heinrich Godart 1771/75
	Sulpitius Pols 1775/1802, †1804

### Series magistrarum (Bitter)

Hildegundis	Maria v. Lülldorff 1559/73
Agnes	Anna v. Mirbach 1570/73
Irmgardis	Katharina v. Hantzeler 1584
Agnes	Johanna v. Steprath 1587/89
Helwiga	Clementia
Irmgardis	Katharina v. Kaltenbach 1609
Mechtildis	Anna v. Brachel 1621/43
Sophia de Barla	Katharina v. Blanck 1655/67
Elisabeth 1304	Ida Pulings 1680
Mobilia 1315/35	Norbertina v. Diepenthal 1692
Bela 1383	Joanna Maria v. Diepenthal
Jutta v. Heddekoven 1384	1697/1717
Officia	Anna Vincentia Josepha 1717 –
Eva van Nyer 1418/20	Maria Ludovica van den Berghe
Sophia van Alpen 1459	1750
Elisabeth v. Velbrüggen 1521/29	Anna Beckers 1790/96
Elisabeth Kipphult 1551/54	Anna Elisabeth Mültgens 1798/1802

### LETTE (B. M. V. et) St. Vitus

Lethen, Delethen, Letti.

Prope Wiedenbrück in Westfalia, Dioec. Osnabrück, nunc Münster. Vite-  
tur confusio cum vico Lette prope Coesfeld, ut fecit Grote p. 300. Hoc alte-

rum Lette, etiam in Westfalia situm, erat parochia canonica Varlar incorporata.

Parthenon. Primitus canonica Clarholtensis ibi erat fundata ut monasterium duplex (vide supra). Paulo post, annis nempe 1138/39, relictis in Lette sororibus, canonici translati sunt ad antiquam ecclesiam Sti. Laurentii in Clarholz. Pauca scimus de historia huius asceterii, quod videtur fuisse semper parvum. Numerus monialium anno 1311 ad sex fuit restrictus. Anno 1228 vocatur praepositura. Saeculo XV crimini datur praeposito Clarholtensi, quod aedificia claustralia in L. plane neglexerit. Anno 1473 certe adhuc existebat, sed languens erat vita huius minimi ex parthenonibus circa-riae, donec inter annos 1567 et 71 definitive exstinctus sit. Ecclesia fuit semper parochiale, a canonicis Clarholti administrata. De monasterio nihil superest nisi porta eius romanica.

Archivalia: vide Clarholz. Proprium archivum periiit.

Bibliographia: BÖRSTING SCHRÖER I 78, 225 – HHSD III 400 – HUGO II 41, I 511 („Cithem“) – LUDORFF Krs. Wiedenbrück 10, 41/45 – PHILIPPI I Nr. 252, 254, 255 – SCHMITZ KALLENBERG 40 – TIBUS I 530, 1231 – WAEFELGHEM 149 – WestfUrkb II, III, VIII – G. BROM, Regesten van oorkonden betreffende het Sticht Utrecht 694–1301, Utrecht 1908, Nr. 311, 319, 320 – F. FLASKAMP, Zur Geschichte des Kirchspiels und des Klosters L. (Die Glocke, 15/16. VI. 1957) – Oorkondenboek van Groningen en Drenthe (–1405), ed. P. J. BLOK et alii, Groningen 1896/99, I Nr. 26 – SCHULZE (vide Clarholz) I 42 ff. – H. WULFF, Lettener Kirchenneubau achtet alte Substanz (Unsere Heimat, Kreis Beckum 1974, 69/71).

### MARIAROTH B. M. V.

Marienrode, -roth, Rode, Rotha B. M. V. (Vitetur confusio cum multis coenobiis in Germania huius vel similis nominis).

Inter Waldesch, et Dieblich prope Koblenz, Dioec. Trier.

Parthenon, praepositura, dein prioratus. Fundatus est ante annum 1131 ab equitibus de Schöneck ut filia Floreffiae in Belgio, sub cuius paternitate de jure semper stetit. Anno 1135 Bernwardus praepositus eius magnam partem habuit in fundatione abbatae Rommersdorfiensis, quo et ex religiosus suis utriusque sexus misit, et sub cuius paternitate practice plurimum stetit. Monasterium nobile, initio, ut ex dictis apparet, alicuius ponderis, sed postea diminuit et exiguum factum est. Numquam fuit alicuius momenti. Usque ad annum 1231 advocati eius fuerunt equites de Dieblich. Anno 1520 partim, tempore belli XXX annorum ex toto combustum est. Semper mala



# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

laborabat disciplina, initio saeculi XVIII neque clausuram observabat nec vitam communem. Anno 1785 conventus erat novem canonissarum, anno 1794 vero, cum esset a Gallis dirutum ex exspoliatum, septem. Moniales statim fugerunt in civitatem Boppard, ubi habuerunt domum. Suppressio definitiva monasterii derelicti peracta est anno demum 1802.

Loco monasterii nunc est vicus M. Praeter duas portas collapsas, rudera murorum et partem pristinae grangiae nihil de eo superest. Ecclesia solo est aequata, tria altaria et statuae SS. Augustini et Norberti nunc sunt in Niederfell, aliae statucae in ecclesia parochiali de Waldesch. *In Mayen-Koblenz*

Archivalia: Documenta ante an. 1231 perierunt. StA Koblenz: 12 diplomata, 5 copiae 1231/1794. 6 fasc. acta – Archiv d. Abtei Maria Laach Zinsregister 1546 – Vide etiam apud Floreffo (vol. II)

Bibliographia: AUSFELD 80, 163 – BÄRSCH 181/84 – BROWER MASEN Metr. II 68 – CLEMEN XVI (3), 127/29 – EWALD 44 – GÖRZ II Nr. 1974 – HHD V 225 – HUGO II 223 – KEUFFER KENTENICH 175, 179, 203 – LEHFELDT Kobl. 221, 600 – DE LORENZI II 140f. – MARX IV 211 – PAAS Prov. Kap. – IDEM Vid. Ber. – SCHORN II 140/46 – STRAMBERG Rhein. Ant. II 2, 210/12 – WAEFELGHEM 160 – ZAK PAM – AHVN I 181/83 – G. REITZ, Altes und Neues über das ehemal. Kloster Marienrod b. Waldesch (Rhein. Geschbl. IX 1929, Nr. 11 et 12, et X 1930 Nr. 1) P. SCHUG, Geschichte der Pfarreien des Bms. Trier, Bd. VII: Die Dekanate Bassenheim . . . Münstermaifeld, Trier 1966, p. 59 ff. – J. SIMMET, Aus der Geschichte des Klosters M. (Heimatkalender f. d. Landkr. Koblenz XV 1961) C. ZEIM, Mariaroth (Heimatbl. f. d. Landkr. Koblenz 1931)

## Praepositi (SCHORN)

Bernward 1135

Jacobus Mosen, Prior 1765

## Magistrae et priorissae (ibid.)

Agnes v. Schöneck  
Agnes Zant v. Merl  
Elisabeth Geiselen v. Güls  
Adelheid Zant v. d. Ham  
Gertrud  
Adelheid  
Adelheid  
Elisabeth v. Weilnau – 1390  
Mechtildis v. Lebenstein – 1392  
Agnes  
Ida  
Christina  
Jutta v. Münster 1433–68

Katharina v. Stoppelsberg – 1497  
Agnes Kutenmaul 1509  
Margareta v. Daun I 1523/34  
Agnes Breder v. Hohenstein 1542  
Margareta v. Düsternau 1548/52  
Gisela v. Düsternau – 1564  
Ida Breder v. Hohenstein 1564/66  
Irmengard v. Langenbach 1574/88  
Margareta v. Daun II – 1605  
Martha Scheid v. Weschpfennig  
1605/13  
Elisabeth v. Heddesdorff 1613/32  
Maria Jacoba v. Eltz 1° – 1663

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

item 2° 1673/83  
Maria Ursula v. Heldinghausen  
1684/1725  
Elisabeth v. Wald 1733

Johanna Sophia v. Lindenfels  
1748/84  
Maria Antonia v. Geyr 1784/93  
Aloysia v. Geyr 1793/1802

## MARIENSTERN B. M. V. et St. Jacobus

Stella Mariae, Kloster auf dem Essig, -ich. Vitetur confusio cum parthenone  
O. Cist. huius nominis in Saxonia.

Prope Rheinbach, in parochia Odendorf, Rhenania, Dioec. Köln.

Parthenon, prioratus. Anno 1439 fundatum est ibi hospitale cum capella „auf dem Essig“, a pluribus fundatoribus, inter quos eminuit quidam Nicolaus Sasse, in loco quem donaverat Joannes nobilis de Schleiden. Anno 1446 dictus Nicolaus Sasse designatur tamquam fundator capellae, qui etiam anno sequenti illam una cum hospitali donavit monasterio Sonnenberg (Kampen) Ord. Stae. Birgittae in Hollandia, ad initiandam novam fundationem. Novum monasterium, quod non fuit duplex, sed monialium tantum, abhinc appellabatur Stella Mariae. Sed iam anno 1454 Birgittinae iterum dereliquerunt hunc locum, qui fuit desolatus usque ad an. 1482, quo canonissae OSA ex Colonia ad Stum. Nicolaum eo venerunt. Illae anno 1551 ab archiepiscopo Coloniensi directioni abbatis Steinfeldensis sunt subiectae. Qui iteratis petitionibus monialium anno 1663 tandem annuit, quo legaliter in Ordinem Praemonstratensem sunt acceptae Anno 1716: 16 canonissae. Parthenon non fuit nobilitati reservatus ideo bona floruit disciplina. Anno 1802 suppressus est, ecclesia mox est solo aequata. Monasterium anno 1905 destructum est, vix unus alterve murus, et forte aliqua aedificia minoris momenti supersunt. Nunc ibi sunt duo praedia, vulgo „Kloster Essig“.

Archivalia: StA Düsseldorf, 28 dipl. 1432–1721, et acta. – StA Koblenz, Akten Steinfeld – Imago monasterii StB München cgm 2635, cf. CLEMEN 25.

Bibliographia: BÄRSCH 184 – CLEMEN Krs. Rheinbach 1898, 25/26 – DUMONT 37 – FABRICIUS V 1, 229, 2 636 – GOOVAERTS I 544 – GROTE 143 – HHD III 192 – HUGO II 875 – ILGEN 112 – OEDIGER 2339 – PAAS Beschl. – IDEM Vis. Ber. – PODLECH III 119/20 – SCHANNAT BÄRSCH III 1, 289 – SCHORN II 146/52 – STRAMBERG 3, XIII 80 – WAEFELGHEM 160 – ZAK PAM – P. HEUSGEN, Geschichte der Pfarreien der Erzdiöz. Köln. Neue Folge. Dekanate Meckenheim und Rheinbach (1926) 322 ff. (ibi series priorum et magistrarum). – 1665 construitur nova ecclesia. T. NYBERG, Birgittinische Klostergründungen des Mittelalters, Leiden 1965, 184/87, 234 – PAAS in AHVN XCIX 143.

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

## Priores (Heusgen)

(Mon. Steinf.)	Henricus Hochkirchen 2° 1709–14
Jakob Kremer 1491	Philippus Steprath 1714–38
Mathias Sonntag 1663–89	Siegebert Trimborn 1738–56
Henricus Hochkirchen 1° 1689–1706	Petrus Inden 1756–66
Norbertus Scheben 1706–09	Ambrosius Reinertz 1766–

## Magistrae (ibid.)

Helene Panhausen 1663/65	Anna Catharina Meyfisch 1756–59
Gertrud Steinheuer 1666–1713	Maria Rosalia Kertzmans 1759–73
Anna Clar Frederichs 1713–56	Sybilla Viehoff 1773–

## MEER (B. M. V. et) St. Laurentius

Mare, Mer, Mere, Meyre, Mäher -- vitetur confusio cum Mare-Longwé in Gallia (Circ. Floreffé). Kreis Neuß-Grevenbroich, Rhenania, Dioec. Köln.

Parthenon nobilis, prioratus. Fundatus est anno 1165 ab Hildegunde et Hadwige comitissis de Meer, quae factae sunt primae magistrae. Filius Hildegundis fuit Hermannus abbas Cappenbergensis 1171/1210, alter filius, Theodoricus de Are, in depraedatione urbis Romae per Fridericum Aenobarbam Imperatorem anno 1167 ecclesiam Sti. Laurentii ibi conflagravit. Ad expiandum hoc scelus Hildegundis exstruxit ecclesiam in Meer ad formam et patronum illius ecclesiae. Primae moniales venerunt ex Dünwald, filia Steinfeldensis. Ab initio numerus religiosarum fuit restrictus ad 40. Parochiae incorporatae: Krefeld 1259, Wahlscheid, Immekeppel, quae a canonicis Steinfeldiae administrabantur. Saec. XV disciplina fuit collapsa, tunc temporis magistrae titulum abbatissae et usum pedi sibi vindicaverunt. Conatus Societatis Jesu anno 1583, hunc parthenonem cum bonis suis adipiscendi, ab abbate Steinfeldensi ad irritum sunt facti; similiter machinationes monialium, monasterium supprimendi et bona eius abbatiae ad Stum. Quirinum Novesiensi (Neuß) uniendi anno 1597. Anno 1584 igne combustum est denuo anno 1642, quo pars sororum profecta est in Unterzell (Circ. Ilfeldiae) ad resuscitandum ibi parthenonem exstinctum. Anno 1802 suppressum est. Circa annum 1820 magna ecclesia romanica, quae fuerat pulchra nimis, solo est aequata. Monasterium factum est castellum, quod vero in decursu saec. XIX valde minuitur. Anno 1945 ex adiectis belli destructum est, nec amplius reconstruetur.



# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Archivalia: StA Düsseldorf 387 dipl. (236 orig.) 1166/1749. Kopiar s. XVII acta vide ILGEN 113 – StA Koblenz: Akten Steinfeld 54 – StB Berlin: Cod. Boruss. 4 233: Obituarium 1675 – Stadtarch. Köln: GELENIUS XXX 345.

BIBLIOGRAPHIA: AUSFELD 97 – BADER Grafen v. Are – BÄRSCH 1855, 185/86 – CLEMEN III 3, Krs. Neuß (1895) 43/46 – EWALD 44, 6 – FABRICIUS V 1, 97, 2 636 – GOOVAERTS I 191, 278, 283, 367, 424, 544, II 112, 271, 384, III 48, 167 – HUGO II 147, prob. 75/78 – ILGEN 113 – JL 13 277 – JOESTER Urkb cf. ind. – KNIPPIN G II 382, III 393 (registra), IV Nr. 1174, 1916 – LACOMBLET I 415, II 660, III 148, 181, 185 – LEPAIGE II 488 (de BB. Hildegunde et Hadwige) – LIENHARDT Eph. Hag. 39 111 (item) – NEUSS 262, 264 – OEDIGER 240/41 – PAAS Beschlüsse – IDEM, Kampf – IDEM Prov. Kap. – IDEM, Vis. Ber. – POTTHAST 5599 – PRESSUTTI 762 – Reg. Imp. V 10207 – Reichsreg. Karls V, 2972 – SAUERLAND I 436 – VERBEEK – WAEFELGHEM 162 – ZAK PAM – H. BORGER, Die archäologische Untersuchung des Präm. Nonnenklosters M (Büdericher Heimatbl. V 1963, 11/18) – J. BREMER Das kurkölnische Amt Liedberg, Mönchengladbach 1930, 51/54 – A. FAHNE, Chroniken und Urkundenbücher hervorragender Geschlechter, Stifter und Klöster, Köln 1874, III 13/15 – W. FÖHL, Über die Forschung Meer (Büdericher Heimatbl. 1962, 59/66) – IDEM, Über die Baugeschichte der Meererer Klosterkirche (Die Heimat. Zschr. f. niederrhein. Heimatpflege XIII Krefeld 1934, 112/17) – T. GERITS, Les actes de confraternité des soeurs prémontrées de Meer (Anal. Praem. 1969, 89/99) – T. HELLMICH, Geschichte Büderichs b. Düsseldorf (1939) 35, 100f. – H. KEUSSEN, Das adlige Frauenkloster M. bei Neuß, Krefeld 1886 – H. KISKY, Das Sandsteinkapellchen von Haus Meer (Büdericher Heimatblätter 1962, 17/26) – W. KLOMPEN, Die Säkularisation im Arrondissement Krefeld 1794–1814, Kempen 1962, 58/59 – G. MÜLLER, Die Besitzungen des adligen Präm. Nonnenklosters M. in Sulsen – Immenkeppel 1166–1600, Diss. Köln 1968 – Th. PAAS in AHVN XCIV IV 1900, 111 – G. ROTTHOFF, Studien zur mittelalterl. Geschichte im Raum Krefeld. Familiengeschichte der Hildegundis von Meer (Rhein. Viertel – jahrsbl. XLI 1977, 30 ff.) – J. v. TROSTORFF, in: Beitr. z. Gesch. d. Niederrheins IV 1900, 111 – K. TÜCKING, Kloster M. (Beiträge zur Gesch. von Neuß und Grevenbroich III 1901, 17, 33, 49, 65, 81 et Büdericher Heimatblätter VI 1966, 65–93) – Anal. Praem. XIX 1943, 105/06 – ZBGV XVII 1881, 120, 170, XXII 177 – Vitae B. Hildegundis: AASS Hadwigis ibid. 14. April. II 264/65. Reliquiae earum, quae colebantur in Ordine tamquam „Venerabiles“ anno 1802 translatae sunt in Osterrath, ubi diu oblivioni datae, anno 1967 denuo sunt repertae. Anno 1971 translatae sunt in ecclesiam Sti. Martini in Meerbusch-Büderich.

## Series praepositorum et priorum (Hellmich, Schorn, Mon. Steinf.)

Winricus 1176	Embrico 1255/59
Gerhardus 1196/1207	Joannes 1263/77
Wichmannus 1212/18	Jacobus 1280/82
Bruno 1224/39	Adolphus de Dollendorf 1° 1292/95
Hermannus 1239/44	Jacobus 1295/99
Goswinus 1244/54	Adolphus de Dollendorf 2° 1304/05
postea abb. in Sayn	Christianus 1305?

# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

Albertus 1309?	Sedisvacantia 1583/97
Christanus 1312/17	Wilhelm Xylander 1597/1602
Jacobus 1324	Johannes Klocken 1602/16
Albertus 1343?	Deodatus Mans 1616/28
Henricus 1344?	postea praep. in Gottesgnaden
Godefridus 1358	Hubertus Gleich 1629/40 — <i>Geich</i>
Henricus v. Hoeningen 1369/74	Paulus Schnorrenberg 1640/60
Gerhard v. Wichterich 1374/89	Johannes Luckenrath 1660/61
postea abb. in Steinfeld	postea abb. in Steinfeld
Jacobus 1409/10	Petrus Pistorius 1661
Joannes Buschelmann 1412/15	Melchior Schmitz 1661/62
Arnoldus de Remelsberg 1415/18	Theodorus Vettweiß 1662/70
Godefridus 1422/28	Wilhelmus Heimbach 1670/93
Petrus de Rheydt 1428	Eberhardus Fuchs 1693/1700
Hermann Duym 1434–47	antea prior in Reichenstein
Joannes Baldewini 1455/66	Petrus Steinhewer 1700/31
Thomas de Creveldt 1477/97	Gereon Schlebusch 1731/33
antea prior in Reichenstein	Hugo Sartorius 1733/38
Joannes Schlütgen 1490/1503	Michael Jungen 1738/57
Severinus de Wersthoven 1503/25	Bruno Bock 1757/80
Wilhelm v. Blanckenheim 1525/43	Leopoldus Meyer 1781/89
Joannes v. Otteren 1543/51	Udalricus Mersheim 1789–99
Johannes v. Hoven 1551–65	Potentinus Gossenhoven 1799–1801
Bartholomaeus v. Krefeld 1565/83	Friedrich Wermeskirchen 1801–02

## Series magistrarum (StA Düsseldorf ibidem)

Hildegundis 1166–	Adelheid v. Wolffskaulen 1523/60
Hadwigs, filia eius	Anna v. Velbrück 1560–1572
Oda 1215	Clara v. Velbrück 1573/83
Mechtildis 1229/70	Sedisvacantia 1583/93
Elisabeth 1270/93	Anna v. Blanckard 1593/1618 res.
Agnes v. Schönenberg 1304/29	Catharina v. Krümmel zu Nechters- heim 1618/27
Elisabeth v. Dollendorf 1329/51	Christina v. Laudorff 1627/41
Sibilia de Vosheim 1351/91	Agnes v. Gertzen 1641/52
Agnes van den Barlen 1392–1421	Margareta v. Metternich 1652/76
Margareta de Wisheim 1422–34	Christina v. Bongart 1676/1704
Gertrudis de Eyll 1454	Ursula v. Velen 1704/13 res.
Eva v. Bulderich 1470/76	Catharina Wilhelma v. d. Steinen 1713/32
Christina de Vels 1477/1502	Ferdinanda Ernesta v. d. Steinen
Helena v. Sypen 1502/09	
Eva de Vels 1509/23	

1732/39	Antonietta v. Erp zu Holtz (abbatissa) 1787/89
Anna Maria v. Bongart 1739/58	Elisabeth Caietane Wyhe v. Reuschenberg 1789–
Carolina v. Reuschenberg 1758/79	
Theresia v. Geldern 1778/81	
Norberta v. Kinsky 1782/87	

NIEDEREHE St. Leodegarius

Ehe, Ye, Hiea, Yee, Nyder E, Niteria, -eia.  
Prope Hillesheim, Kreis Daun, Dioec. Köln, nunc Trier.

Parthenon nobilis, prioratus. Fundatus est inter annos 1162 et 75 juxta antiquam ecclesiam parochialem a fratribus Alberone, Dietrico, et Alexandro, equitibus de Kerpen. Primae moniales venerunt e Dünnwald, ab initio stetit sub paternitate Steinfeldiae. Hypothesis, hunc parthenonem ab ordine Sti. Augustini ad ordinem nostrum transiisse, teneri nequit. Saeculo XV omnino collapsum est, anno 1461 combustum, ecclesia nonnisi annis 1503/05 fuit reconstructa. Parochias incorporatas habuit sequentes: N., Esch et Rockeskyll.

Sacerdos quidam saecularis annis 1485–1505 titulum prioris sibi arrogavit, parthenonem reformare nec voluit nec potuit. Ideo, eo pensione placato, annis 1505/07 mutatus est per Dietricum comitem de Manderscheid-Schleiden, fundatorum haerede, in prioratum canonicorum, a canonia Steinfeldensi dependens. Nescitur, quo moniales sint profectae. Translatio in Schleiden, anno 1541 intenta, non fuit peracta. Ab anno 1563 toparcha loci in vanum studuit lutheranismum introducere. Ecclesia facta est simultanea, quod revocatum est anno demum 1593. Saeculis XVII et XVIII ibi erat domus studiorum quae habuit proprios professos, et quo omnes canonici Steinfeldenses post ordinationem sacerdotalem ad triennium sunt missi, ut ibi studiis incumberent. Communitas novem canonicorum semper ibi degebat, quorum prior simul parochiam loci administrabat. Anno 1802 suppressum est, aedificia supersunt. Ecclesia modesta, annis 1777/82 erecta, est parochialis, in monasterio habitat parochus.

Archivalia: StA Koblenz: 10 copiae chart. 1126/46, Cartularium S. XVIII, acta s. XVII – StA Düsseldorf Akten Steinfeld 40/6 – Pfarrarchiv N.: doc. S. XIV/XVII.

Bibliographia: AUSFELD 97 – BÄRSCH (1855) 186/90 – BEYER/ELTESTER/GÖRZ 186, III 90, 303, 806 – BINTERIM/MOOREN II 447 – CLEMEN XII 3, Kfs. Daun 182/191 – FABRICIUS V 1, 167, 2 635 – GÖRZ II 813, 1391, 1172, III 400 – GOOVAERTS I 277, 280, III 44 – HHSD V 261 – Handb. Trier 315 – HUGO II 367/70, prob. 220/27 – JÖSTER Urkb. cf. ind. – KORTH cf. ind. – KRUEWIG IV 114, 124, 131 – DE LORENZI I 274



# Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

– NEUSS 262, 264 – PAAS Beschl. – IDEM Kampf – IDEM Prov. Kap. – IDEM Vis. Ber. –  
PODLECH III 130/34 – POTTHAST 12040 – SCHANNAT/BÄRSCH III 2, 1, 101; III 2, 2, 366  
– SCHORN II 262/96 – WAEFELGHEM 179 – J. MARX, Gesch. des Erzstiftes Trier, Tr.  
1956, 380/400 – PAAS in AHVN XCIX 134 f. – N. RENARD, Wiederherstellung der  
ehemal. Klosterkirche zu N. (Bericht der Prov. Kommission f. Denkmalsch. X 1905,  
15/18 – IDEM, Wiederherstellung des Hochgrabes in der kathol. Pfarrkirche zu N.,  
ibid. XIII 1908, 75/77 – AHVN I 186, III 284, VIII 120, XIII/XIV 181. –

## Priores (Mon. Steinf.)

Hermann 1226/41	Johann Eix 1574–84
Christianus 1428	Michael v. Wehr 1584–1612
Heinrich v. Wichterich 144.–53	Johannes Esser 1612–21
Johannes Knauff (usurpator) 1485–1505	postea prior in Wenau
Henricus Engelen 1504–16	Heinrich Westhaus 1621–23
postea praep. in Houthem	Theophil Nicolai 1623–38
Johann v. Nechtersheim 1516/17	Gerhard v. Entzen 1 <sup>o</sup> 1638
Jakob v. Scheven 1517–	Johann Latz 1638–44
Thomas Schaub 15. .	Gerhard v. Entzen 2 <sup>o</sup> 1644–55
Johannes 1526	postea abb. in Sayn
Gerhard v. Oleff 1527–30	Werner Hoet 1655–79
Thomas 1539	Petrus Bodenheim 1679–88
Andreas de Loye 1540	Heinrich Minten 1688–92
Matthias v. Dahlem 15. .–60	Gottfried Daniels 1692–1703
Johann Moseler –1561	Peter Sayl 1703–19
Johann Koenen 1561–72	Albert Brandt 1719–21
Anno Bessenich 1572/74	N. Wachendorf 1782

## Magistrae

Beatrix 1241

